



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

37. Episcopi qualem jurisdictionem habeant in regulares.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

Hof. n. 14. omni n. 13, cum derogatione expressa Bonifacianæ constitutionis. Ed. rinac. d. dec. 616, n. 4. siveque ejusmodi Conservatoria universales alienissima, & neutiquam infirmata per Concil. Tridentin. Farin. d. dec. 416, n. 5. de quibus quoque ego scripsi lib. 1. part. 1. qu. 39. & plene tom. 2. part. 2. & ea quæ huic questione defunt, suppletere potuerunt.

Q V E S T I O XXXVIII.

Epscopi qualem jurisdictionem habeant in Regulares.

S U M M A R I U M .

1. Delicta Monachorum duplicitate considerantur, & contra eos procedit sine forma judicij.
2. Abbas excommunicare potest suos religiosos.
3. Curati alioq; inferiores respectu fori penitentialis possunt excommunicare.
4. Abbatia competit Jurisdictione in suos Monachos, & contra eos procedit sine forma judicij.
5. Beneficia Regularia solent esse manualia.
6. Jurisdictione per privilegiam concessa, vel de sua data privativa.
7. Maximè si ad partis infantia non possunt.
8. Immemorialis possessione Jurisdictione turatur.

- I** Elicta Monachorum duplicitate considerantur, aut enim sunt delicta propriae religionis, scilicet contra eorum regulam, seu instituta; aut vero sunt delicta communia, ut puto tendentia contra communem omnium hominum conversationem. Priore casu, jurisdictione competit Abbatia, posteriore vero Episcopo, c. Abba cap. Monasteria. 1. ca. cognovimus. 18. qu. 2. cap. de persona 11. qu. 1. cap. qui urem pr. 16. qu. 1. Marian. cap. qualiter & quando n. 84. de accusat. arg. 1. mil. ius. ff. de remida. Farinac. dec. 15. & dec. 17. part. 1. ubi latet. & vide Navarrum conf. 6. de foro comp. etables.
- 2** Jurisdictione posteriore hoc casu competit Episcopo privativè ad Abbatem. Farinac. d. dec. 17. Neque refut quod Abba possit excommunicare suos Religiosos: quia non ideo sequitur quod Jurisdictionem contentiosam habeant. Hof. cap. transmissa prope finem vers. & hoc quod confirmatur de elect. cum & curati alioq; inferiores jurisdictione contentiosam carentes respectu fori penitentialis possint excommunicare.
- 3** Bntr. cap. cum contingat n. 13. ubi Abb. n. 29. & 33. de foro compet. Far. d. dec. 15. in fin. d. dec. 20. Porro, quod priore casu dixi competere Abbatia Jurisdictionem, declara ut non ea propter debet procedere ritu solemnii Judiciorum, sed simpliciter de plano, & sine strepitu Judicij. cap. qualiter. & quando in fin. de accusat. cap. fin. de statu Monach. cap. ad nostram in fin. & b. glo. de app. cap. 1. b. sane de Cens. in 6. cap. placuit 10. q. 1. Spec. de Inquisit. 8. 2. n. 6. & 9. Pavinus de visitat. part. 2. qu. 7. n. 11. Furmar. d. dec. 15. dec. 17. dec. 20. part. 1. etiam per revocationem à beneficiis quæ habent: beneficia enim regularia solent esse manualia, Egid. dec. 203. Far. d. dec. 20. n. 4. idque nisi ex eorum institutione aliud liqueat. quod limita, nisi Abbatibus per privilegium speciale Jurisdictione omnimoda competenter: Quando enim Jurisdictione per privilegium aliqui datur, centetur in gratiam ejus cui conceditur privativè concessa, Angel. conf. 375. n. 4. vers. quarto fallit. Affl. Elias dec. 41. Gram. dec. 30. n. 6. Aymo. conf.

conf. 411. n. 31. § 33. Menoch. lib. 2. pref. 18. n. 3. Farin. dec. 37. part. 1. & dec. 121. ibid. signanter porrò, si ejusmodi Jurisdictio non motu proprio, sed ad partis postulationem concessa sit. Barth. auth. habitan. 59. vors. & adverte in causa visitatorum. C. ne 7 Filii sine Patre. Aret. conf. 102. n. 2. Farin. d. doc. 37. prout & cum de mente concedentur, quod Jurisdictiones privativè concedere voluerit. Far. dec. 121. n. 3. p. 1. Fel. & Pastor de offic. Ord. Rom. conf. 393. aut si non sicut alius cum quo Jurisdictio cumulativa concedi potuerit. Far. d. decif. 221. n. 4. part. 1. Quod & iterum limita in Abbatibus habentibus ab immemoriali tempore Ecclesias suas sibi pleno jure in temporalibus & spiritualibus subjectas. c. Pastorales sub D. de offic. ord. Far. d. decif. 37. n. 8. quis immemoralis possessio probari potest per sententias aut enuntiativas antiquas. Puteus dec. 209. n. 2. & 3. li. 2. Far. d. decif. 37. ins. quā de re ego etiam quae ait alio in loco, quia tamen immemoralis confluetur derogare nequit Jurisdictioni & potestat, quam Episcopi vigore Concil. Tridentini. habent in concernentibus visitationem, uti sacro Rotar. Auditorio definitum fuisse tradit. Farin. dec. 62. part. 3.

QUÆSTIO XXXVIII.

Quid si Abbas in puniendo sit negligens? aut non congrue puniat? Episcopus ejusmodi negligentiam supplere poterit, uti plenè respondit Rom. conf. 375. & ego etiam alio in loco ostendi tom. 2. part. 1.

QUÆSTIO XXXIX.

Quid si in Ecclesia Cathedrali sunt Monachi regulares etiam Canonici. 1. Episcopus habet Jurisdictionem in Mona- 2. Nisi obſer. contraria inducta & privilegia. chor Regularis Ecclesia Cathedr. 3. Quid extenditur ut numeris sequentib. Ecclesia Cathedralis regularis, quales per orbem Catholicum non paucæ sunt, Episcopus est caput, & velut Abbas: Monachi verò velut loco Canonorum cap. can. quia 1. de Induc. ubi aggregarim Doctores. Far. dec. 69. n. 1. in quos Episcopus de jure communis, exceptis iis qua Regularia eorū instituta concernunt, omnimodam habet jurisdictionem. 1. ne sede vac. Glo. c. nullus versus Episc. etiam secularis de elec. n. 6. ubi Anch. n. 3. lo. Andr. n. 3. Gen. n. 7. Fran. n. 3. nisi tamen obſtent Indulta aū Privilegia contraria, ut respondit Corneus conf. 193. li. 2. Idq; non obſtante quod nonnulli cœlant Episcopū dumtaxat supplere negligentiā superioris Monachorū. Ab. c. quanto de off. ord. Rom. conf. 375. quia praeter rationes alibi à nobis allatas, jura illa non loquuntur in Ecclesia Cathedrali regulari. Far. dec. 69. n. 6. p. 1. Capel. Thol. dec. 309. Innoc. d. c. quia n. 2. Hof. n. 9. lo. And. n. 15. Anch. n. 6. Bob. n. 4. Berthachic. trac. de Episc. l. 4. p. 2. q. 2. 2. n. 8. id quod plenius à mixtura Monachationis & secularitatis posset ex iis confirmari, quæ plenè tradit Rom. l. 4. p. 19. 24. & 25. ff. de verb. oblig. ut nec non obstat, si Monachi habeant mensā, & iura sua separata à iuribus Episcopi: quia inde ad exemptionem ab ejus jurisdictione inferri non potest. D. D. c. edocari de Refr. Far. d. dec. 69. n. 9. nec etiam obstat Concil. Trident. sess. 2. c. 8. quia illud loquitur de Monachis existentibus in locis exemptis à Jurisdictione ordinarii. Far. d. decif. 69. n. 10. part. 1. QUÆST.

LII 2